
JUDICIUM
SACRÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ ACADEMIÆ EBORENSIS
CIRCA CONSTITUTIONEM DOGMATICAM

UNIGENITUS DEI FILIUS, &c.

A S. D. N.
D. CLEMENTE
DIVINA PROVIDENTIA
PAPA XI.

Datam Romæ 6. *Idus Septemb. Año* 1713.



E B O R Æ,

Cum facultate Superiorum ex Typographia Academiæ Anno Dñi. 1720.



BEATISSIME PATER,



Ultis nominibus devinctus erga Sedem Apostolicam, cujus Dignissimum in terris Caput S. V. suis eximiis virtutibus, ac ornamentis haberi meruit, suavi quadam violentia impellor Sanctissima illius decreta, ac placita omnia non colere modo, sed toto pectore amplecti: decet enim id Virum Catholicum, qui Fidem cum lacte suxi: decet Virum Religiosum, & hunc Professum Societatis peculiari voto, quasi arctissimo nodo obstrictum ad promptissime obsequendum legitimis Christi Vicariis, qua veluti obedientiæ tessera a reliquis Sacris Familiis Societas nostra gloriose discriminatur: decet tandem Eborensis Academiæ Rectorem (nam illius Re-

ctorem

ctorem ago, quamquam huic oneri, & honori impar) maximum enim piaculum haberetur, si a reliquis Academiæ membris caput dissentiret. Jactat illa Conditorem suum, rectius dixerim Parentem, Henricum S. R. E. Cardinalem, Lusitaniæ Regem, singularem nomine dicam, an factis? a quo vel in ipso nascendi exordio caput extulit coronatum Regis Filia, tot in re literaria Viros facile principes paritura, Franciscum Suarium & Magni, & Eximii Doctoris titulo celeberrimum, Petrum da Fonseca Primum Scientiæ Mediæ Inventorem, Ludovicum de Molina ejusdem Scientiæ Propugnatorem, Ferdinandum Perez, Sebastianum Barradas, Franciscum de Mendoça, & alia magna heroum nomina, qui omnes pluris semper habuerunt, ne unum quidem apicem, quod aiunt, ab infallibili morum Regula deflectere, quam scientiarum omnium apices attigisse, ut testantur illa, quæ ad posterorum invidiam potius, quã imitationem ediderunt, literarum monumenta. Nec magis tamen gloriatur Regali stemmate insigniri, quam Pontificii nominis splendore clarescere; quippe quam (ut alios omittam) Paulus IV. Pontifex vere Maximus primo erectam confirmavit; Pius V. vere Sanctissimus postea auxit, & amplissimis honoribus, indultis, ac privilegiis magnifice exornavit. Unde factum existimo, ut nihil unquam charius habuerit nostra hæc Eborensis Academia, & nomine, & re Pontificia, id est, erga Summos Pontifices devotissima, quam illorum non dico jussis (hoc enim commune est toti Lusitaniæ) sed vel nutibus obtemperare; cupiens scilicet reliquas Christiani Orbis Academias in reverentia, debitoque obsequio anteire, quæ in collato beneficiorum cumulo nulli unquam primas detulit; vel sic metuens, ne minus grata videatur. Hoc fuit in causa, ut vix edita a S. V. Divino non sine consilio æquissima Constitutione Unigenitus Dei Filius, prima in tota Lusitania unam supra centum theses Quesnellianas e Vaticano Colle, quasi e cœlo, fulmine Apostolico percussas sine mora ejuraverit, missis hac super re literis ad Lutetiam Parisiorum, quibus animum suum aperuit pri-

privato quidem, sed luculento testimonio, fidemque facturo, quod tunc satis fore pro tempore judicavit. At denuo, perspecta rebellium aliquorum contumacia post editas a S. V. Apostolicas Literas Pastoralis Officij, *non abs re duxit, si suam (quod jam antea meditabatur) Apostolicæ Sedi fidem publici Juramenti religione, quam citissime posset, probaret. Ita factum incredibili omnium plausu, àc lætitia vigesima tertia Novembris die labentis anni* 1719, *delecto ad solennissimi Jurisjurandi Sacramentum amplissimo ejusdem Academiæ Sacello, ubi magna doctissimorum hominum frequentia capi vix potuit. Habet igitur S. V., habebitque semper, me imprimis, deinde universam hanc Eborensem Academiam juratam omnium damnatorum errorũ hostem, suis sanctissimis placitis, ac decretis obsequentissimam, pro quibus tuendis, si se occasio tulerit, sanguinem effundet, pulchramque petet per vulnera mortem. Vitam, & hanc longissimam, effusis apud Deum precibus S. Vestræ enixe oramus (utinam exoremus!) ut clavo diu assistens, tanquam Magister Dexterrimus D. Petri Naviculam per tumultuantes maris fluctus infidos scopulos præterlabentem recto semper cursu, salvisque sibi commissis Argonautis, ad portum dirigat felicissime. Precor etiam, atque etiam S. Vestram post SS. Pedum oscula, ut me, & hanc suam Academiam pro tam exiguis meritis (si officia, non ita vero, si animum, voluntatemque remetiatur) Apostolica Benedictione donare velit. Eboræ septimo Kalendas Decemb. an. Domini* 1719.

Sanctitatis Vestræ

Ad Pedum oscula humillime provolutus
FRUCTUOSUS CORREA SOCIETATIS JESU
Eborensis Academiæ Rector.

BEATISSIME PATER,



Uperioribus, qui proxime evoluti sunt, annis tum aures, tum corda perculerant creberrima hinc inde nuntia, & allatæ manipulatim epistolæ, quæ aliud prorsus nullum, quam pervicaces animos, & Apostolicæ Sedi impudentissime obsistentes loquebantur. Nam cum S. Vestra præsenti Numine afflata unam supra centum theses anathemate percusserit, eas scilicet, quæ Novo illo Testamento, Apostolorum Actis, Pauli Epistolis, & Apocalypsi Joannis, Gallice scriptis, & Moralium Reflexionum additis cludebantur, tantum ab-

fuit,

fuit, ut fulminatos e Romano cœlo errores dediscerent, quin potius pertinaci studio inscitiam non modo suam, sed jam prope hæresim (1) Magistri mendaces *tutati sint*, qui introducunt sectas perditionis. *Doluere bonorum animi, doluit Christiana Respublica universa, & doctissimi quique Orthodoxæ se & incorruptæ Fidei publice devoverunt, eos e vestigio declinantes,* (2) Qui seducunt corda innocentium. *Hinc passim juratos sui defensores apud celeberrimas Academias Constitutio* Unigenitus *nacta est. Et quamquam animus fuerat, ut hæc quoque Eborensis Academia, quæ toties doctissimorum hominum scriptis defensores hæresis exarmarat, suam erga Romanos Pontifices observantiam non vulgari significatione testaretur, visum tunc temporis est notiorem illam Orbi esse Christiano, quam ut amplius debuerit inculcari. Sed & illud accesserat, quod rogati e Gallia Eborenses Theologi, quid hoc super negotio sentirent, deliberandumve putarent, liberiori charta insectati sunt eos,* (3) Qui resistunt veritati, (4) Attendẽtes spiritibus erroris; *& irrefragabilem S. Vestræ mentem, summam amplitudinem, summamque potestatem religiosa oratione demonstrarunt. Id nimirum in causa fuit, ut productum inde ad hæc usque tempora silentium nec sibi indecorum ducerent, nec arbitrarentur inhonestum, sed tacito interim mœrore* (5) Dolerent homines doctissimos (*ut cum Augustino loquar*) in tanta scelera sententiarum, & flagitia devolutos. *Cum tamen per hosce dies effrænata vis impietatis ingruere, & illitam veneno linguam in cœlum exerere visa sit, diutius immorandum non fuit, quin diuturnum silentium nostra rumperet Academia, & obstrepenti denuo impietati* (6) In hypocrisi loquentium mendacium, *quibus posset, viribus tandem occurreret. Igitur, ut primum certior facta est de Pastorali quadam Instructione circa Bullam* Unigenitus *Lutetiæ Parisiorum excusa vertente anno* 1719 *ab incorrupta Fide, & sincera religione longe aliena, instituit Doctores suos, Magistros, atque Alumnos solenni obstringere juramento ad eos errores detestandum, quos S. Vestra*

(1) 2. Petri cap. 2. v. 1.

(2) Ad Rom. cap. 16. v. 8.

(3) 2. ad Tim. c. 2. v. 25.

(4) 1. ad Tim. c. 4. v. 1.

(5) S. Aug. tom. 1. lib. 3. contra Academicos c. 14.

(6) 1. ad Tim. c. 4. v. 2.

 per

per Constitutionem Unigenitus *æquissime damnavit. Nec id magnum ducens, aut singulare, quod cum aliis sibi commune noverat; sub eodem voluit sacramento Apostolicas amplecti Literas* Pastoralis Officii, *quibus Giganteam audaciam, affectantium nimirum cum Romano cœlo discordiam, intorto quasi fulmine, P. Beatissime, deturbasti, ut quos præfracta obduratæ mentis asperitas a mollissimo Romanæ Ecclesiæ sinu propeavulserat, nunc fatalis ictus tantum non divideret, segregaret. Nostra idcirco Academia omnium animos apta oratione erexit, & pro Constitutione* Unigenitus *non levibus rationum momentis propugnavit. Non quod stimulis egere Academicos suos crediderit, quorum animos Sedi Apostolicæ devotissimos multiplici argumento compererat, sed ut omnibus palam fieret Romani Pontificis decreta, atque consilia, eadem & Sanctissima semper, & rationi consentanea extitisse. Illud ergo, quod decreverat, Juramentum summo omnium consensu, & libentibus animis præstitit, ne ullum diligentiæ, pietatis, aut observantiæ signum vel a te, P. Beatissime, vel a Fidelibus Populis desiderari a se pateretur. Præsertim, cum id ipsum exigi ab ea videretur Academia, quæ inter cæteras ambit eminere tum in colendis Summorum Pontificum decretis, tum in Romanæ Sedis authoritate ad extremum usque spiritum egregie tuenda. Hoc maxime modo credidit implere se Augustinianum illud*

(7) S. August. in Psalm. 30.

(7) Diversæ hæreses, diversa schismata personant, linguæ multæ contradicunt veraci doctrinæ; tu curre ad tabernaculum Dei, Ecclesiam Catholicam tene, a Regula veritatis noli discedere. *At nec latum unguem discedunt, qui nova juris obedientia Romano Pontifici adhærent ad Naviculæ clavum assidenti, ne Rectore destituti in eos incurrant scopulos, ubi multi miserrimis acti erroribus* (8) Circa Fidem naufragaverunt, *aut ne illo rapiantur æstu, ubi licentius sæviunt* (9) Fluctus feri maris despumantes suas confusiones. *Nihil enim antiquius nostra habuit Academia, quam ut inter procellosos schismatum turbines inextinctam Romani Pontificis*

(8) 1. ad Tim. c. 1. v. 19.

(9) Judæ. v. 13.

Pharum observaret, & illis relinqueret (10) Sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est. *Id illa sibi hæreditario veluti jure vendicat, cum fuerit ab incunabulis* (11) Enutrita verbis fidei, & bonæ doctrinæ, *ut quæ in Pontificiis manibus Augustissimi Regis Henrici S. R. E. Cardinalis lucem vidit, & capacibus illius ulnis excepta adolevit. Illud etiam percommode cecidit, P. Beatissime, quod obedientiæ nostræ testimonium ea feliciter dies viderit Clementis martyrio nobilis, lucem illam solenni lætitia referens, quæ novemdecim abhinc annis & Tibi Pontificiã Maiestatẽ, & Te Reipub. Christianæ geminata felicitate donavit. Inde nobis congruenter licuit auspicari hujusce actionis faustitatem, qua novo juramenti vinculo adstricti debitam Romano Pontifici reverentiam, & obedientiam exhibuimus. Nunc vero, Pontificum Maxime, tuos, quos reverenter osculamur, provoluti ad Pedes, iterum atque iterum S. Vestram precamur, ut in hoc, quale quale illud est, obedientiæ & pietatis monumento animos erga se nostros, & eximiam observantiam velit agnoscere; nosque iis adnumerare, qui Sedis Apostolicæ placitis vel effuso sanguine subscribent. Id nobis Paternus amor, id Sacratissima Maiestas, id Eximia Sanctitas spondet, id cæteræ dotes, ac virtutes, quibus æternitatem, P. Beatissime, æmularis. Deus sospitet S. Vestram, nobisque, & universo Fidelium Populo diutissime servet incolumem. Eboræ septimo Kalendas Decemb. an. Domini* 1719.

(10) ibidẽ.

(11) 1. Ad Tim. c. 4. v. 6.

Sanctitatis Vestræ

Minimi, & obsequentissimi filii
FRUCTUOSUS CORREA SOCIETATIS JESU
Eborensis Academiæ Rector.

 Em-

Emmanuel de Mira Societatis JESU, Academiæ Cancellarius.

Matthæus Giaõ Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Profeſſor Primarius.

Antonius Galvaõ Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Profeſſor Veſperarius.

Antonius Couceyro Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Profeſſor Ordinarius.

Franciſcus Monteyro Societatis JESU, Sacræ Paginæ Interpres.

Joannes Garçaõ Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Profeſſor Extraordinarius.

Dionyſius a Sanctis Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Profeſſor Extraordinarius.

Joſephus Cabral Societatis JESU, Moralis Theologiæ Profeſſor Primarius.

Benedictus de Macedo Societatis JESU, Moralis Theologiæ Profeſſor Veſperarius.



JU-

JUDICIUM
SACRÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ
ACADEMIÆ EBORENSIS
CIRCA CONSTITUTIONEM DOGMATICAM
UNIGENITUS DEI FILIUS,
&c.



REverendus Dominus Jacobus Daly natione Hybernus in hac Eborensi Academia ad Baccalaureatûs gradum in Sacra Theologia evectus, & Regalis, ac Pontificii Collegii Purificatæ Virginis Collega, cum Lutetiam veniret anno labentis sæculi sexto decimo, accepit quosdam è Parisiensibus Doctores in dubium trahere, an Constitutionem *Unigenitus* Eborensis acceptaverit Academia? Quod cum ægre ferret Vir integerrimus, ut qui tum familiaribus colloquiis, tum publicis disputantium concertationibus, mancipatos Romani Pontificis obsequio & Professores, & Auditores Theologiæ probè cognoverat, apud se statuit omnem dubitandi occasionem in posterum adimere non obscuro ejus rei testimonio. Quo animi sui consilio, & ipsorum etiam Parisiensium voto, datis ad R. P. Franciscum de Sande Doctorē Theologum literis, quòd ejusdem Theologiæ Primarium per id temporis ageret Professorem, sedulo quæsivit, quid sibi relicta Academia, nullo Regiæ Maiestatis, aut Sacrorum Quæsitorum cogente imperio, sed libero judicio sentiret? Idque publica attestatione munitum ut ad se mittere-

 tur,

tur, enixe rogavit. Hac ille accepta epistola, suo & Academiæ nomine rescripsit, venerari omnes S. D. N. Salutarem Constitutionem, & in ea esse sententia, ut male sanum haberent opinamentum eorum, qui ab integra illius observantia se se quovis titulo vellent eximere. Utque maius rei pondus inesset, placuit Ordinarii hujus Sedis Metropolitanæ mentem Academico sensui annectere opera R. Domini Emmanuelis Alvarez Cidade, Doctoris Theologi, & in Jure Pontificio Licentiati, ejusdem Sedis Canonici, & totius Archiepiscopatus Provisoris, ac Vicarii Generalis, qui in ejus rei fidem literas dedit publici annuli imagine impressas. His, quæ illo anno gesta sunt, visum nobis est fecisse satis Parisiensi Academiæ, & omnem vel judicii nostri, vel doctrinæ suspicionem amovisse. Nec incongruum duxit Eborensis Academia Constitutionem *Unigenitus* typis recudere, ut perennius obsequii sui monumentum existeret, & sparsa in plures exempla pleniorem observantiam obtinerent. Atqui etiam tum fuere, qui si minus vitio, mysterio certe adscriberent Academiæ silentium; quoniam, quæ acta fuerant, perpauci noverant, & Parisiensium fortasse magis, quam Lusitanorum sermonibus terebantur. Igitur, ut obmurmurantium licentiam cohiberet, & mitius sentientes opportune firmaret, hac præsertim tempestate, qua nova errorum cohors Galliæ incubuit in Pastorali Instructione circa Bullam *Unigenitus* Parisiis edita anno se circumagente 1719. Reverendissimus Academiæ Rector Professorum Concilium ad id unice deliberandum coegit, qua nimirum methodo sensum, mentemque suam universæ Reip. Christianæ aperiret Academia? nam de rei summa circa prædictam Constitutionem sententias exquirere necesse non habuit, quod jam pridem compertum haberet omnium Professorum, & aliorum Doctorum concors judicium. Ventum igitur ad suffragia est, & unanimi consensu statuit Conventus (seu Claustrum, quod aiunt) Professorum Theologiæ

Primo

Primo

Sigillatim exprimere sententias aliquas ad rem spectantes, quas, ut verissimas, & indubitatas, semper amplexi sunt Professores.

Prima est: Pontifici Romano legitime electo loquenti ex Cathedra, prout nimirum tanquam Christi Vicarius cõmissum sibi gregem instruit in rebus ad fidem, ac mores pertinentibus, promissa est assistentia Spiritus Sancti, proindeque errare non potest, sed illius authoritas est omnino infallibilis.

Secunda: Nullum Concilium, etiam Universale (quod, ut legitime congregetur, de lege ordinaria indiget authoritate Romani Pontificis) habet authoritatem infallibilem absque confirmatione ejusdem Pontificis, a quo nulla est appellatio ad idem Concilium, vel aliud futurum.

Tertia: Decreta Dogmatica Pontificia non indigent acceptatione Universalis Ecclesiæ, & multo minus alicujus Particularis, ut vim obligandi obtineant.

Statuit secundo

Indicendum esse Generalem Academiæ Conventum (seu vulgari nomine Claustrum Plenum) ad vigesimam tertiam Novembris diem fluentis anni 1719, in quo sententiæ sic expressæ, una cum Constitutione Unigenitus *clara, & elata voce recitarentur, ut non Professores tantum, sed & alii nonnulli de ministerio, & corpore Academico possent publice testari, quæ jam alias judicaverant, ac libere professi fuerant, & nominatim jurejurando se obstringere ad acceptandam, ac pro viribus tuendam prædictam Constitutionem, prout illam acceptare, tuerique jubet Romanus Pontifex.*

Statuit tertio

Rogandos esse aliquos ex R R. P P. Magistris Sacræ Theologiæ apud Religiosas Familias in earum Collegiis Professoribus, ut liberum quoque judicium suum declararent tum circa Constitutionem Unigenitus, *tum circa sententias Sacræ Theologicæ Facultatis Academicæ in schedula, etiam jurata,*

si eis libuisset.

Statuit quarto

Decretam actionem latina oratione claudi debere, & eas esse Oratoris partes, ut pro Cōstitutione Unigenitus *argumenta, quam posset certissima, in medium proferret: hanc denique provinciam tali Rhetori demandari, qui rei Theologicæ non inconsultus haberetur.*

His ita constitutis, & iis propere, quæ mora corrumperet, executioni mandatis, ex mente Sacræ Facultatis Theologicæ Reverendissimus Academiæ Rector edictum condidit, & publicis locis affigi jussit, quo Professoribus Academicis, Doctoribus, Magistris, cæterisque foro & privilegiis Academiæ gaudentibus præcepit, ut ad præstitutam diem vigesimam tertiam Novembris in aulas Academiæ confluerent; unde Graduum suorum insignibus decorati in Regale ejusdem Academiæ Sacellum procederent.

Inter hæc tempestivus affertur nuntius SS. D. N. D. Clementem XI. Pontificem Maximum dedisse literas *Pastoralis Officii* in eos, qui debitam Constitutioni *Unigenitus* obedientiam præstare hactenus recusarunt, & in posterum recusaverint, quos schismate dividendos a S. R. E. unitate idem Beatissimus Pater declarat. Hæc ut extra dubium esse comperit Reverendissimus Academiæ Rector, adhibitis in consilium Sacræ Theologiæ Professoribus, ex illorum sententia decrevit, ut sub eadem Juramenti formula Dogmaticæ Constitutioni *Unigenitus Dei Filius* observantiam, & Apostolicis literis *Pastoralis Officii* reverentiam sponderent Academici. Præterea non abs re fore visum est, si R R. PP. Sacræ Theologiæ Professores in diversorum Ordinum Collegiis iterum rogarentur, ut id ipsum, nisi eis secus videretur, juramento firmarent.

Tum Jovis die, quæ currentis Novembris vigesima tertia illuxit, dispositis ex ordine Academicis, itum est ex præ-

 scripto

ſcripto Edicti in Sacellum Academiæ, quod non avare ornatum religioſæ illius diei actioni pretium addiderat. Ibi extructa de more ſubſellia Academicos exceperunt. Litatum Immortali Deo eſt, & peracto Euchariſtici Numinis ſacrificio, quod fecit R. P. Matthæus Giaõ Sacræ Theologiæ Doctor, & ejuſdem Profeſſor Primarius, R. Academiæ Cancellarius brevi, ſed luculenta oratione hortatus eſt Academicos, ut prædictas Apoſtolicas Literas, ac Dogmaticam Conſtitutionem pleniſſime obſervandam, & ad extremum uſque halitum tuendam jurati ſuſciperent.

Inde ſententias, quas Sacra Theologica Facultas expreſſerat, & ſupra dedi, atque Apoſtolicam Conſtitutionẽ *Unigenitus* ego Secretarius Academiæ elata voce recitavi.

Nec ulla interpoſita mora, Reverendiſſimus Academiæ Rector paululum digrediens, in editiorem locum aſcendit, ubi provolutus in genua, & Novi Teſtamenti Sacroſancta Volumina contingens, excipiente Jusjurandum illius R. Academiæ Cancellario, in hujus carminis verba prior dixit ſacramentum:

Ego Fructuoſus Correa Societatis JESU, Collegiorum, & Eborenſis Academiæ Rector, de genu colo, ac libentiſſime amplector Conſtitutionem Vnigenitus Dei Filius *datam Romæ ſexto Idûs Septembris anno* 1713. *Quidquid in ea Beatiſſimus Pater Clemens XI. Pontifex Maximus cenſura figit, proſcribit, & anathematizat, ego in eodem ſenſu damno, deteſtor, & anathematizo. Pari inſuper reverentis animi ſignificatione proſequor ejuſdem S. S. D. N. Literas Apoſtolicas, quarum initium* Paſtoralis Officii, *datas Romæ quinto Kalendas Septembris anno* 1718. *Ita juro: ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Hinc aliorum ipſe juramenta excepit, hoc ordine ſervato.

Ego Emmanuel de Mira Societatis JESU, Eborenſis Acade-

cade-

cademiæ Cancellarius, Sacræ Theologiæ Doctor, ac ejusdem Publicus olim in Academia Professor, & Privatus in Collegio Societatis JESU Conimbricensi, idem censeo, ac juro. Subscripsi manu propria.

Ego Fr. Josephus de JESU Maria, Ordinis Prædicatorum, olim Sacræ Theologiæ Professor Primarius, in eaque Præsentatus, modo Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Patarensis, ad Pontificalia pro hac Eborensi Diœcesi designatus, in ea Cancellarius, & Senatus Ecclesiastici Præses, ac Sancti Officii Deputatus Judex, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Matthæus Giaõ Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, & ejusdem in Academia Professor Primarius, Sanctæ Inquisitionis Censor, & Eborensis Diœcesis Examinator Synodalis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Galvaõ Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, ejusdem in Academia Professor Vesperarius, & Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Couceyro Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, & ejusdem Ordinarius in Academia Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius da Veiga Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, & ejusdem olim in Academia Professor Primarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Salgueiro Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, & ejusdem olim in Academia Professor, & Primarius in Collegio Societatis JESU Conimbricensi,

Sanctæ Inquisitionis Censor, & utriusque Diœcesis, Eborensis, ac Conimbricensis, Examinator Synodalis, nunc Rector Ulyssipponensis Collegii D. Antonii Magni ejusdem Societatis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus de Sande Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, & ejusdem olim Professor in Academia Primarius, Sanctæ Inquisitionis Censor, ac Eborensis Diœcesis Examinator Synodalis, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Laurentius Ferreyra Societatis JESU, Sacræ Theologiæ Doctor, olim in Eborensi Academia Studiorum Præfectus, utriusque Theologiæ, Scholasticæ, & Moralis, Professor, ac Sacrarum Literarum Interpres, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Balthasar Alfonsus Banha, Sacræ Theologiæ Doctor, & in Eborensi Sede Beneficiarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Alvarez Cidade, Sacræ Theologiæ Doctor, in Eborensi Sede Canonicus, totius Archiepiscopatus Provisor, ac Vicarius Generalis, Archiepiscopalis Curiæ Senator, & Quæstionum de Genere Judex, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes a Conceptione, Ordinis Eremitarum Divi Pauli, Sacræ Theologiæ Doctor, & prædicti Ordinis olim Generalis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Gregorius da Sylva, Sacræ Theologiæ Doctor, & in Mafræ Parochia Beneficiarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Socyro da Ponte, Sacræ Theologiæ Doctor, Prior Ecclesiæ Matricis Oppidi Avicẽsis, & in ejusdem territorio Judex Ordinis Militaris S. Benedicti Avicensis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Paulus Alvarez da Costa, Sacræ Theologiæ Doctor, in Eborensi Sede Baccalaureus, & Archiepiscopalis Curiæ Senator, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes a D. Theresia, Ordinis Eremitarum Divi Pauli, in Facultate Artium Magister, & in Sacra Theologia Doctor, ac Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus a Nativitate, Canonicus Sæcularis Congregationis Divi Joannis Evangelistæ, Sacræ Theologiæ Doctor, in eadem, & scholastica, & Morali, Magister Jubilatus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes Rodrigues de Carvalho, in Sacra Theologia Doctor, olim in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, Moralis Theologiæ Professor in Regali Cœnobio D. Benedicti Oppidi Avicensis, nunc Templi Maximi Oppidi Borbensis Prior, & Sanctæ Inquisitionis Commissarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Isidorus a D. Bonaventura, Ordinis Eremitarum Divi Pauli, Sacræ Theologiæ Doctor, Magisterque Jubilatus, ac Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Barreyros Vinagre, in Facultate Artium Magister, & Sacræ Theologiæ Doctor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego

Ego Fr. Matthæus ab Incarnatione, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Sacræ Theologiæ Doctor, ejusdem in Eborensi ejus Ordinis Cœnobio Professor, ac Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Ferreyra de Lima, Sacræ Theologiæ Doctor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Monteyro Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, olim Moralis Theologiæ Professor, & nunc in Academia Sacrorum Bibliorũ Interpres, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Garçaõ Societatis JESU, in Artium Facultate Magister, Sacræ Theologiæ Baccalaureus, & ejusdem in Academia Professor Extraordinarius, ac ejusdem Academiæ Consiliarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Dionysius a Sanctis Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, & Sacræ Theologiæ Professor Extraordinarius in Academia, & ejusdem Academiæ Consiliarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus Cabral Societatis JESU, in Artium Facultate Magister, Moralis Theologiæ Professor Primarius in Academia, ac Regalis, & Pontificii Collegii Purificatæ Deiparétis Pro-Rector, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Benedictus de Macedo Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, & Moralis Theologiæ Professor Vesperarius in Academia, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Guerreyro de Britto, in Facultate Artium Magister, Doctor Theologus, olim in Regali, ac Ponti-

tificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, nunc in Eborensi Sede Canonicus, Archiepiscopalis Curiæ Senator, Eborensis Diœcesis Examinator Synodalis, ac Visitator, Ecclesiasticus Cancellarius minor, sive a sigillo Academiæ, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Simon Josephus Sylveiro Lobo, in Facultate Artium Magister, Sacræ Theologiæ, & utriusque Juris Doctor, Eborensis Sedis Canonicus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Ramalho Societatis JESU, in Artium Facultate Magister, olim utriusque Theologiæ, Scholasticæ, & Moralis, Professor, idé censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Alvarez Societatis JESU, in Artium Facultate Magister, & Moralis olim Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Dominicus de Mello Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, olim Theologiæ Moralis Professor, & nunc Academiæ Consiliarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus de Moraes Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, olim Professor Moralis Theologiæ, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Marcellus Leitaõ Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, olim Moralis Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Alvarez Migueins, in Facultate Artium Magister, & in Sacra Theologia Baccallaureus, in Elvensi

vensi Sede Canonicus, Diœcesis ejusdem Examinator Synodalis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Petrus Rodriguez Ayres, in Facultate Artium Magister, & in Sacra Theologia Baccalaureus, olim in Regali, & Pontificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, idē censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Andreas de Mira Vidigal, in Artium Facultate Magister, & in Sacra Theologia Baccalaureus, & Eborensis Sedis Beneficiarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Ludovicus Gonçalves Catella, in Artium Facultate Magister, & in Sacra Theologia Baccalaureus, ac olim Regalis, & Pontificii Collegii Purificatæ Deiparentis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

TESTIMONIA

R R. P P. SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORUM,

Aliorumque ex diversis Religiosarum Familiarum Conventibus, & Collegiis Juramento, & Subscriptione firmata.

CUm R R. P P. Sacræ Theologiæ Professores in privatis Religiosorum Ordinum Collegiis ego Secretarius Academiæ per literas rogassem, ut ipsi quoque judiciũ suum circa Constitutionem Dogmaticam *Unigenitus Dei Filius* aperire vellent, & ejus amplectendæ, observandæq; fidem, si ea sententia staret, jurati obligare, ac sub eadem Sacramenti religione venerationem spondere SS. D. N. Literis *Pastoralis Officii*, ad unum omnes pro eximia, quæ ipsis inest, pietate, & qua semper Apostolicæ Sedis honori, venerationique impensissime studuerunt, juratas obedientiæ, ac observantiæ schedulas, & ampliora postulatis testimonia dedere. Hæc ego ad Sacræ Theologicæ Facultatis Academicæ Concilium detuli, ubi diligenter recognita, cum productiora visa essent, quam ut in hujus libelli angustias cogi possent, omnia ex Archetypi sententia jussus fui in cõmentarios Academiæ referre, & pressa huc transcribere juramenta eo ordine, quo condita hac in urbe fuerunt Collegia, & Conventus: est autem hujusmodi.

UNIVERSITAS CONVENTUS
Ordinis Prædicatorum.

EGo Fr. Emmanuel a S. Josepho, in Sacra Theologia Præsentatus, & hujus Provinciæ Portugalliæ Ordinis Prædicatorum Prior Provincialis, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Thomas a D. Augustino, Sacræ Theologiæ Professor, Sanctæ Inquisitionis Censor, Eborensis Cœnobii Prior, ejusdemque Universitatis Regens, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes Baptista Marinis, in Sacra Theologia Magister, quondam Lusitanæ Provinciæ Prior Provincialis, & nunc Tribunalis Sanctæ Inquisitionis Eborensis Deputatus Judex, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes Baptista, Sacræ Theologiæ Lector Primarius, & Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Bonaventura a D. Thoma, Sacræ Theologiæ Lector Vesperarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a S. Rosa, Sacræ Theologiæ Lector, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a S. Antonino, Sacræ Theologiæ Professor, & Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel ab Annuntiatione, Lector Artium, idem

idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Laurentius a D. Antonio, olim Sacræ Theologiæ Lector Primarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Stephanus a D. Francisco, olim Moralis Theologiæ Lector, & Diœcesis Conimbricensis Examinator Synodalis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

CONVENTUS
Ordinis D. Hieronymi.

EGo Magister Fr. Franciscus de Borja, Prior Generalis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Antonius dos Prazeres, Prior Conventus, ac Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Salvator a Nativitate, Secretarius Generalis, & Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes a D. Augustino, Moralis Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Valerius da Gloria, Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

COLLEGIUM

CANONICORUM SÆCULARIUM

Congregationis D. Joannis Evangeliſtæ.

EGo Gregorius a Spiritu Sancto, Magiſter in Sacra Theologia Jubilatus, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Joſephus a S. Urſula, Sacræ Theologiæ Profeſſor, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Joannes a S. Thereſia, Sacræ Theologiæ Profeſſor, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

CONVENTUS

Eremitarum D. Auguſtini.

EGo Fr. Emmanuel ab Aſſumptione, Sacræ Theologiæ Magiſter Præſentatus, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel de Albuquerque, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Fr. Joſephus ab Aſſumptione, Sacræ Theologiæ Profeſſor Veſperarius, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Fr. Antonius a S. Catharina, Sacræ Theologiæ Profeſ.

Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a Sacramento, Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Eugenius Trigueiros, Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

CONVENTUS

DIVI FRANCISCI

Ordinis Minorum Regularis Observantiæ.

EGo Fr. Antonius ab Archangelis, Lector Sacræ Theologiæ Jubilatus, & Sanctæ Inquisitionis Consultor, Ex-Definitor, & Guardianus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a D. Bonaventura, Sacræ Theologiæ Lector, & Sanctæ Inquisitionis Consultor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes a Sacramento, Sacræ Theologiæ Professor Primarius, & Sanctæ Inquisitionis Consultor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a Christo, Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Franciscus a JESU Maria, Sacræ Theologiæ Pro-

Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Antonius a Rosa, Sacræ Theologiæ Professor, & Sanctæ Inquisitionis Consultor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

CONVENTUS

Ordinis Carmelitani.

EGo Fr. Felix de Loreto, Sacræ Theologiæ Professor, & Conventus Prior, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel Pinheiro, Theologus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a S. Theresia, Theologus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Josephus Pegas, Theologus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Franciscus a Plagis, Theologus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Balthasar a Purificatione, Theologus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

 CON-

CONVENTUS
DIVI ANTONII ULYSSIPPONENSIS
Ordinis Minorum
Ex Provincia Pietatis.

EGo Fr. Franciscus de Villa-viçoza, Guardianus Conventûs D. Antonii, olim utriusque Theologiæ, Scholasticæ, & Moralis, Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Bernardinus de Entradas, Sacræ Theologiæ Professor, & Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Laurentius de Evora, Sacræ Theologiæ Professor, & Ex-Provincialis, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

CONVENTUS
Ordinis Cartusiani.

EGo D. Sebastianus a Matre Dei, Prior Conventûs, in Facultate Sacrorum Canonum Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego D. Gregorius ab Incarnatione, Antiquior, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego D. Anthelmus Pereyra idem censeo, ac juro. Subscrip.

ſcrip. m. p.

Ego D. Joſephus a Purificatione idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego D. Joannes a JESU idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego D. Joachim a JESU, Maria, Joſeph, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego D. Euſtachius a Virgine Maria idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego D. Hugo Emmanuel idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego D. Auguſtinus a D. Bonaventura idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego D. Theotonius a S. Pelagio idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

CONVENTUS
Ordinis Carmelitarum Excalceatorũ.

EGo Fr. Alexander ab Aſcenſione, Prior Provincialis, Ex-Conſiliarius Provinciæ Luſitanæ, Ex-Prior Conventus Eborenſis, & Bracharenſis Diœceſis Examinator Synodalis, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a Reſurrectione, Prior Conventus, &

& olim Sacræ Theologiæ, tum Expositivæ, tum Mysticæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Franciscus a D. Hieronymo, Sub-Prior, & olim Sacræ Theologiæ Professor Extraordinarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Thomas a SS. Trinitate, olim Sacræ Theologiæ, tam Scholasticæ, quam Moralis, Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

COLLEGIUM
Eremitarum Divi Pauli.

EGo Fr. Franciscus a Deo, Magister in Sacra Theologia Jubilatus, & Sanctæ Inquisitionis Censor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel ab Annuntiatione, Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Franciscus a Purificatione, Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

CONVENTUS
Eremitarum Divi Augustini Excalceatorum.

EGo Fr. Dominicus a D. Thoma, Vicarius Generalis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

 Ego

Ego Fr. Mathias a Purificatione, Definitor Generalis, Sacræ Theologiæ Professor, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Vincentius a D. Josepho, Prior Conventus, olim Sacræ Theologiæ Professor Vesperarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Josephus a Gratia, olim Sacræ Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Emmanuel a D. Thoma, olim Sacræ Theologiæ, & nunc Artium Lector, idem censeo, ac juro. Subscrip. m.p.

Ego Fr. Joannes a Christo, Magister Extraordinarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Antonius a Nazareth, Magister Extraordinarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

RESIDENTIA

ORDINIS CISTERCIENSIS Apud Moniales Monasterii D. Benedicti ejusdem Ordinis.

EGo Fr. Emmanuel de Sampayo, Monasterii S. Benedicti Monialium Ordinis Cisterciensis Confessarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Dominicus a D. Thoma, earundem Monialium Capellanus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Fr. Joannes Pimenta, ejusdem Monasterii Procurator, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

JURAMENTUM
ALIORUM GRADUATORUM
Juxta Judicium Sacræ Facultatis Theologicæ.

EGo Ferdinandus Martins Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, & in Academia Studiorum Præfectus, & olim Moralis Theologiæ Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Ignatius da Sylveira Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, earumque in quarto Philosophiæ Auditorio Professor Academicus, ac Moralis Theologiæ olim Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Nonius de Amaral Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, & earum in tertio Philosophiæ Auditorio Professor Academicus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Ludovicus Baptista Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, & earum in secundo Philosophiæ Auditorio Professor Academicus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Alvarez Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, & earũ in primo Philosophiæ Auditorio Professor Academicus, Moralisque Theologiæ olim Professor, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Dominicus Pinheiro Societatis JESU, in Facultate

Artium Magister, & Mathefeos Profeffor, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Petrus Ferreyra Societatis JESU, in Artium Facultate Magifter, & olim Mathefeos Profeffor, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Paulus Fernandez Banha, in Facultate Artium Magifter, & in Eborenfi Sede Beneficiarius, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Fr. Petrus a Conceptione, Ordinis Minorum Regularis Obfervantiæ, in Facultate Artium Magifter, & Sanctæ Inquifitionis Commiffarius, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Emmanuel Martinz Cançado, in Facultate Artiũ Magifter, & in Bracharenfi Sede Canonicus, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Auguftinus de Gouvea, in Facultate Artium Magifter, & Magni Antonii Collegiatæ Beneficiarius, idẽ cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Jofephus Banha Guiaõ, in Facultate Artium Magifter, & in Eborenfi Sede Baccalaureus, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego Auguftinus Coelho Giaõ, in Facultate Artium Magifter, in Sacris Canonibus Baccalaureus, Archidiaconus Lavrenfis, in Eborenfi Sede Canonicus, ejufque Diœcefis Examinator Synodalis, ac Archiepifcopalis Curiæ Senator, idem cenfeo, ac juro. Subfcrip. m. p.

Ego

Ego Melchior da Sylva e Sequeyra, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Pereyra Vidigal, in Facultate Artium Magister, & in Eborensi Sede Beneficiarius, olimque Collega in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Vincentius da Sylva Bravo, in Facultate Artium Magister, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Gaspar Rodriguez da Sylveira, in Facultate Artium Magister, & in Eborensi Sede Quartanarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Gonçalvez Calvaõ, in Facultate Artium Magister, & in Eborensi Sede Quartanarius, ac Sanctæ Inquisitionis Secretarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Rodriguez Vieyra, in Facultate Artium Magister, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Rodriguez Lobatto, in Facultate Artium Magister, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel de Carvalho Pereyra, in Facultate Artium Magister, & in Eborensi Sede Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus Valerius, in Facultate Artium Magister, & Parochialis Magni Antonii Ecclesiæ Collegiatæ Rector, idem

idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Rodriguez Valente, in Facultate Artium Magister, & in Eborensi Sede Beneficiarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Balthasar Ferreyra, in Facultate Artium Magister, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Suarez da Cunha, in Facultate Artium Magister, in Parochiali S. Petri Ecclesia Beneficiarius, idẽ censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Barradas, in Facultate Artium Magister, & in Parochiali Magni Antonii Ecclesia Beneficiarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Xavier de Carvalho, in Facultate Artium Magister, & in Parochiali D. Antonii Magni Ecclesia Beneficiarius, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Moratto Sanchez, in Facultate Artium Magister, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Ludovicus de Abreu, in Facultate Artiũ Magister, & in Sacris Canonibus Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus Rodriguez Gallego, in Facultate Artium Magister, & in Eborensi Sede Baccalaureus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Alvarez, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Emmanuel Carvalho Vidigal, in Facultate Artium Magiſter, & Oregenſis Parochiæ Prior, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Ignatius Palharez de Britto, in Facultate Artium Magiſter, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idẽ cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Dominicus Jorge Ribeyro, in Facultate Artiũ Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Franciſcus Lopez, in Facultate Artium Magiſter, & in Parochiali Eccleſia S. Antonii Magni Beneficiarius, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Joſephus de Pinna, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Franciſcus Monteyro, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Emmanuel Alvarez Cidade, in Facultate Artium Magiſter, & in Eborenſi Sede Quartanarius, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Antonius Lobo Eſtaço, in Facultate Artium Magiſter, & in Medicinæ Facultate Baccalaureus, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Franciſcus Antonius Vidigal, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Henricus Galvaõ Societatis JESU, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Gaſpar Martinz Aranha, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Franciſcus Rodriguez Farinho, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Dionyſius Gonçalvez Calvaõ, in Facultate Artium Magiſter, & in Jure Cæſareo Baccalaureus, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Andreas Mendez Pico, in Artium Facultate Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Euſebius de Azevedo Cardozo, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Joſephus Viegas da Sylva, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Romanus Guerreyro de Britto, in Facultate Artiũ Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Rodericus de Figueiredo Magro, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Antonius Lobatto Nobre, in Facultate Artium Magiſter, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

Ego Franciſcus Nunes Valente, in Facultate Artiũ Magiſter, & Collegiatæ Parochialis Eccleſiæ Magni Antonii Beneficiarius, idem cenſeo, ac juro. Subſcrip. m. p.

 Ego

Egò Antonius Pereyra Caeyro, in Facultate Artiũ Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Theodosius Freyre Lameira, in Facultate Artium Magister, & Regalis, ac Pontificii Collegii Purificatæ Deiparentis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Ludovicus Estevens, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel Ludovicus, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Ferreyra, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Blasius Martinz da Costa, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Petrus de Goes, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Antunes Moreyra, in Artium Facultate Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joachim Lopez Coutinho, in Facultate Artiũ Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Thomas Gonçalvez, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Simon de Garfias Torres, in Facultate Artium Ma-

 gister,

gister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Dominicus Rodea Vaquinha, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Stephanus de Sequeyra Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Nunes Branco, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Freyre Lameyra, in Facultate Artiũ Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus de Oliveira Callado, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Didacus de Pinna Botelho, in Facultate Artiũ Magister, & in Collegio Dei Matris Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus Dias Montes, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m.p.

Ego Ludovicus Perdigaõ, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel da Fonseca, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Vir-

 ginis

ginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Xavier, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Rovisco, in Artium Facultate Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Deiparentis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Christophorus Rozado, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Damasus Rodriguez Societatis JESU, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m.p.

Ego Benedictus Franciscus, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus Coelho de Mira, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Alfonsus Guerreyro de Britto, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel da Costa Sylveira, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Paulus Leitaõ de Macedo, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Hugo Maguier, in Facultate Artium Magister, i-

 dem

idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Terentius Gañan, in Facultate Artium Magister, & in Regali, ac Pontificio Collegio Purificatæ Virginis Collega, idē censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus de Camera Leme, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Joannes Baptista Sarça, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Antonius Coelho, in Facultate Artium Magister, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

JURAMENTUM

Præstitum a Conservatoribus, ac Deputatis,

ALIISQUE MINISTRIS ACADEMIÆ

Juxta Judicium Sacræ Facultatis Theologicæ.

EGo Antonius Nunez Vieyra, in Facultate Sacrorum Canonum Licentiatus, Parochialis Ecclesiæ S. Mamantis Prior, & Judex Conservator Academiæ Ecclesiasticus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Maurus ab Angelis, Canonicus Sæcularis Congre-

 gati-

gationis Divi Joannis Evangelistæ, ejusque in Eborensi urbe Collegii Rector, Judex Conservator Academiæ Ecclesiasticus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Lopez de Beja Villarinho, in Sacrorum Canonum Facultate Baccalaureus, Ordinis Equitum Militarium JESU Christi, in Eborensi urbe, ejusque territorio Prætor, ac in Senatu Forensium Expeditionum jure suffragii donatus, Judex Academiæ Conservator, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Josephus Henricus Cavaco, in Juris Cæsarei Facultate Baccalaureus, Senator Forensium Expeditionum Honorarius, Academiæ Deputatus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Gilius Vaz Lobo de Pantoja, in Facultate Sacrorú Canonum Baccalaureus, in Nobilium Famulorum Regiæ Domûs numerum Succenturiatus, Academiæ Deputatus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego D. Rodericus de Mello, Cancellarius minor, sive à sigillo Academiæ, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Laurentius Lobo da Gama, in Virum Patritium Regiæ Domûs adoptatus, & Judex Executionum de reditibus Academiæ solvendis, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Franciscus Piteyra Vidigal, in Facultate Juris Cæsarei Baccalaureus, & Academiæ Syndicus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

JURAMENTUM
Præstitum a Regiis Justitiæ Administris.

Juxta Judicium Sacræ Facultatis Theologicæ.

REgiæ Maiestatis Ministros juri inter Eborenses dicundo præpositos, & si nullis Academiæ legibus tenerentur, tantus tamen cepit Religionis ardor, ut eodem voluerint Sacramenti vinculo adstringi, quò suam Romano Pontifici fidem non dubio argumento probarent: Eos igitur Juratis Academicis, quasi illorum tabulis additos, de mandato Sacræ Theologicæ Facultatis adnectam.

Ego Josephus a Sanctis Palma, in Facultate Juris Cæsarei Baccalaureus, Judex Regio fisco Præfectus in Eborensi urbe, & Sanctæ illius Inquisitionis territorio in hæresis, & Apostasiæ convictos, in Senatu Forensium Expeditionum jure suffragii donatus, Familiarium ejusdem Inquisitionis Ministrorum, & Fisci Officialium Judex Conservator, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Petrus Mariz Sarmento, in Facultate Sacrorum Canonum Baccalaureus, Ordinis Equitum Militarium JESU Christi, in Eborensi urbe, ejusque territorio Piorum Legatorum Inspector, & in Senatu Forensium Expeditionum jure suffragii donatus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Emmanuel da Sylva Rego, in Facultate Sacrorum Cano-

Canonum Baccalaureus, in Eborensi urbe Judex Extraneus, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Ego Didacus Gomez da Costa Antas, in Facultate Juris Cæsarei Baccalaureus, in Eborensi urbe Judex Pupillorum, idem censeo, ac juro. Subscrip. m. p.

Quibus absolutis, suggestum ascendit R. P. Magister Stephanus de Sequeyra Societatis JESU, & plena nervo oratione explevit, quæ Sacra Theologica Facultas quarto, ut supra memoravi, statuto decreverat.



ORATORIA PROPUGNATIO

PRO CONSTITUTIONE APOSTOLICA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

D. CLEMENTIS XI.

PONTIFICIS OPT. MAX;

QUÆ INCIPIT,

Unigenitus Dei Filius



Oc reflanti fato, & non levi infortunio laboraſti, Chriſtiana Religio, ut in eam incideris miſerrimam temporum conditionem, quæ te immanè quantùm impulerunt, ut maximo, juſtiſſimoq́ dolori omnem ultra modum indulgeres; & certe tibi non erat non dolendum, cùm eximiam Romani tui Oraculi dignitatẽ, amplitudinẽ, authoritatẽ ipſamet graviſſima, difficiliaque tempora ſub oculos ponerent parvi quodammodo habitam, pene attritam, imminutam; neque enim aliud à te potuit judicari, cum prodeunte adverſus Paſchaſij Queſnelli Theſes rectiſſima, ſaluberrimaque Conſtitutione, in id è Pariſienſibus Doctoribus nonnulli conſpiraverint, ut publica illa denegarentur ſuffragia, illæ venerationes, illi plauſus, univerſaque illa deficerent obſequentium animorum ſigna, quæ hujuſmodi ſanctiſſimis placitis, religioſiſſimiſque decretis merito, atque optimo deberi jure atteſtamur. Minor utique te pre-

meret afflictatio, si, qui sese adeo irreverenter gesserunt, ij forent profligati homines, qui, cùm Hereticis dogmatis studeant, student pariter, quo te odio prosequantur, quibus afficiant contumelijs, quo irrisu, quo furore, quo contemptu honores tuos explodant, lacerent, proculcent; in eo siquidem, quòd in adhibendis suffragiis, in præstandis obedientiæ testimoniis decumanam negligentiam præ se ferrent, illud experta quidem esses, quod ab infensissimis hostibus debueras expectare: cùm verò, qui Pontificiæ Constitutioni non acquiescere visi sunt, ij plane sint homines, qui se Christianæ dignitatis acerrimos propugnatores, fidelissimosque alumnos tuos profitentur, video sanè, quàm ampla ad excitandum non vulgarem doloris sensum, illumq̃ continuò fovendum tibi materies suborta sit: gravissimum dolorem capi consentaneum est, cùm injuria ab iis irrogatur, à quibus nihil aliud sperari poterat, nisi perpetua quædam amoris tessera, luculentumque indicium benevolentiæ. Doluisti ergo non immerito, & adhuc te dolere scio, Christiana Religio; hoc tamen solatij genere profusas identidem lachrymas, & emissa suspiria poteris aliquantulum intermittere, quòd te videas non ita apud mortales infelicem, ut humano patrocinio tua causa prorsus destituatur.

Omne nimirum studium, omnemq̃ opem statuit collocare, ut in tanta adversitate præsto adesset, dilectissima tibi in paucis Lusitania tua; parum familiariter se facturam existimavit, nisi tuæ causæ propugnationem libens, volensque susciperet. Iam pridem ex hac sua Eborensi Academia ad Lutetiam Parisiorum epistolam miserat, in qua suum erga sanctissimam Constitutionem laudabile judicium aperiebat. Sed maius aliquid (aiebat Lusitania) maius aliquid exigit rei eximiæ magnitudo: iterũ iterũq̃ perpendi, quanti ponderis, & momenti sit sanctissima Romani Oraculi Constitutio; peculiarem ideo venerationis ritum instituam;

 tituam;

tituam, Dei opt. Max. aras petam, ad illas reverenter provolvar, publicum emittam jusjurandum, quo meam fidem in id obstringã libenti animo, ut meo sanguini, meæ vitæ eligam potiùs renuntiare, quàm à tuenda Sanctissimæ Constitutionis veritate per metum desistere, conquiescere. Satis, superque esset hoc publicæ pietatis monumentum, ut pro justissima Christianæ Religionis causa viderer propugnare; habent enim immensas quasdam vires ad persuadendum non vulgaria exempla. Dabo tamen Oratorem, qui rostra conscendat, illos Parisienses adversarios Oratione lacessat, iis urgeat rationum momentis, è quibus possint deprehendere errorem suum, eamque adduci in sententiam, nihil aliud in sanctissima Constitutione, nisi editũ è cælo oraculum recognoscendum; illam esse dignissimam, quæ in sacris annalibus, aureis literis exaretur; quæ veritatis emblema nuncupanda sit; quæ non tam reverentibus oculis sæpe usurpari, quàm vel ipsis cordibus altè affigi mereatur. Ita aiebat Lusitania, & quàm vere ex animo loqueretur, auspicatissimo ex eventu innotescit.

Illuxit dies illa faustissima, qua Conimbricensi Academiæ gloriosè contigit novam pijssimi jurisjurandi celebritatem intueri; non minus felix, ac perbeata resplendet præsens dies, qua ejusdem celebritatis ritu Eborensis Academia longe gloriatur, ac triumphat: æquum plane fuit, ut ad publicum sacramentum hæc sua literarum emporia, & politissimæ sapientiæ domicilia seligeret Lusitania, ut vel ex locorum ingenio dignoscendum proponeret, quàm Sapienter meditatum opus perficiebat. Adsum tandem ego destinatus Orator, qui Lusitaniæ meæ morem libentissime gesturus ad demandatam provinciam jam accingor: eum igitur in dicendo sequar ordinem, ut, cum primum ad sãctissimæ Constitutionis æquitatem demonstrandam pro virili decertaverim, ad debitam subinde venerationem, ac obedientiam persuadendam dirigatur propugnatio.

Atque, cùm primam orationis partem jam aggrediar, è Quesnellianis ipsis damnatis Thesibus petitum auspicari succurrit argumentum. Dicite, quæso, Parisienses Doctores, per Deum dicite immortalem, quid puriori doctrinæ consonum, solumque injuriose reprobandum in Quesnelli Propositionibus contemplemini, ut pro illarum defensione in arenam veluti descendere videamini? Meliùs quærerem, quid non impium, quid Christianis auribus non ingratum, quid erroribus non scatens, quid ab Orthodoxa veritate toto cælo non aberrans introspiciendum à vobis foret, si perniciosa illa dogmata diligentiùs perpenderetis? Minime diffiteri vos arbitror eam ludibrio exponendam doctrinam, interque egregias hæreses numerandam, cum qua salutaria documenta tum à Divinis Literis, tum à Sacratissimis Conciliis, tum a venerabilibus Ecclesiæ Magistris accepta neutiquam valeant cohærere; revocate ergo ad lentioris judicij trutinam, an illis nostræ Fidei oraculis ex æquo respondeant Propositiones, quas nullo infectas vitio existimatis? Docentne Divinæ Literæ, Sacrosancta Concilia, Sanctissimi æque, ac literatissimi Patres, docentne, (A) animam lethali crimine deturpatam omni prorsus cælestium donorum ornatu spoliari, eòque calamitatis devenire, ut nihil laudabilis, honestique operis possit unquam exercere? O dementiam! Docentne, Christianæ (B) Religionis alumnos non esse, quibus benignissimus ille bonorum omnium dispensator Deus victricis Gratiæ auxilia non suppeditet? O figmentum. Docentne (C) nullũ aliud beneficium prolapsis in scelera mortalibus à Supremo, Divinoque Largitore primum donari, nisi ipsorum scelerum extinctionem? O mendacium! Docentne, (D) apud Deum effusas Impiorum precationes novum abire in piaculum! O impietatem! Docentne, (E) sceleratorum hominum numero illum esse adscribendum, qui nullo alio retardatus vinculo, sed infligendis suppliciis deterritus à patrandis

[A] Propos. 1. Quesnel. damnata.

[B] Propos. 8. Quesnel. damnata.

[C] Propos. 28. Quesnel. damn.

[D] Propos. 59. Quesnel. damn.

[E] Propos. 62. Quesnel. damn.

crimini

criminibus abſtineat? O errorē! Docentne, (F) ad æternam Beatorum felicitatem in Fide tantùm,& precibus compendiarium iter aperiri? o fabulam! Docentne tot alios palmares errores partim perſonatos, partim nudata facie, quot Pontificia Conſtitutione proſcribuntur? o pluſquam anilia commenta! o inania ſomniantium animorum ſpectra! [F] Propoſ. 68. Queſnel. damn.

Enim vero ſi hæc figmentorum congeries à probatiſſimis noſtræ Fidei dogmatis non declinare credendum eſſet, diceretur pariter plures cum Orthodoxa doctrina cōvenire delirationes, quas, utpote Hæreticarum mentium partus, non irridemus ſolùm, ſed deteſtamur. Replicate curioſiùs temporum memoriam, evolvite perattentiùs annales, & damnatas olim hæreſes diligentiori ſtudio perlegite, cum his tandem fingentium animorum, ſibique illudentium ſimulacris Queſnelli Propoſitiones conferte; quàm multas mediusfidiùs non tam illis erroribus affines, quàm eiſdem veluti à parentibus in lucem editas obſervabitis,ſeu, ut rectiùs loquar, deprehendetis quidem non ſecus differre, atque apud fabularum inventores Minerva à Pallade diſcriminatur. O ſi in hujuſmodi accurata collatione vocalia fierent veſtra omnium judicia. Quot ſententias quaſi è tripode pluſquam Delphico pronuntiatas acciperemus! frequenter enim notante preſſis digito Queſnellianis theſibus, quibus primum è fontibus id Queſnellus venenum hauſerit, loquentium judiciorum voces evulgarent: has nimirum legeretis Propoſitiones, lectionem ſubinde ſequeretur hæc veſtri judicij exclamatio: En quod proterve inculcabat Lutherus: ad illas poſtea Propoſitiones curioſi oculi convertentur; hæc è veſtigio vox erumperet: En quod impie aſſerebat Calvinus: lectioni ulterius incūberetis; audiremus profecto: En quod impudenter jactabat VVicleſus: progrederetur lectio; hic veſter prodiret ſenſus: En quod nefarie docebat Ianſenius: ſi diligens non quieſceret obſervatio, hæ procul dubio ſonarent voces: En tranſcriptos Baij errores:

rores: si alias tandem Propositiones legeretis, ita vestra judicia exclamarent: En Ioannis Hus figmentum, hæc deméntia Ioviniani, hæc Richerii deliratio. Videte igitur, quid de Quesnelli Thesibus sentiatis; par enim judicium de illorum insanientium authorum mendaciis à vobis fieri necessum erit; sed non suspicor eo furore, atque audacia vestram corrumpi sapientiam, ut illis hæreticæ militiæ primipilis laudem unquam tribuendã statuatis; cur ergo Quesnelli defensio suscipienda, si ejusdem perfidiæ vexillis ascribitur, eisdem armis præliatur, eosque duces fidelissime sequitur, quos, cùm Christianæ Reipublicæ perniciem moliantur, justis odiis prosequimini?

Video hoc vos muniri clypeo, quòd scilicet vestra pietas, ac religio non pateretur iis informari documentis, quibus sana interpretatio adhiberi non posset; & certe à vobis audire mihi videor, eas esse Quesnelli Propositiones, ut Christiano quodam sensu exponi queant, illisque citra dubium contingere, quod in depictis belluis observari solet, quæ licet ingenitam quandam rabiem, ac sævitiam spirare videantur, mutis tamen colorum suasionibus non ita ducimur, ut credamus veram inesse ferocitatem. Nescio, doleamne, an mirer? quod hæc vobis arrideat opinio: perpédite, quæso, quàm luctuosum in præcipitium divertatis; nam, si ad Orthodoxam interpretationem revocandũ, quod hæresim exhalat, vestrum hoc judicium ab infamia vindicabit, quot sectas ad Romanæ Ecclesiæ eversionem perditissima tot ingenia excogitarunt; qui enim fiet, ut ejusdem excusationis velo, illarum omnium sectarum errores non circumvestiri posse vel Tulliana suadeat eloquentia? quidni hoc vestro testimonio incitati nonnulli dictitent? Legamus Calvinum, legamus Lutherum, legamus Iansenium; reprobata tot aliorum Hæreticorum opera non primoribus tantùm (ut aiunt) labris degustemus, sed ad satietatem usque curiosa lectione exhauriamus; quod dissonum, quod ingratum

ingratum, quod hæresim sapiens occurrerit, id nos sano, & purissimo sēsu interpretabimur: cur non pronuntient? Non ultra opinemur detestabiles longe hæreses in expunctis Perfidiæ libris contineri, rem ex colorum fallaciis æstimavimus; sub vana, quâ decipiebamur, pictura latebat veritas: cur non jactent? Non jam male audiant illi homines, in quos totam iracundiam effundebamus, eosque jam Erebi monstra, jam orbis terrarum pestes, jam famosos Hæresiarchas semel, atque iterum appellabamus; palinodia à nobis canenda est, ab injuriosis titulis abstinendum; cum scripta à turpi nota liberemus, authores in posterum honorificis nominibus cohonestentur: cur non ita proloquantur? Christianæ Reipublicæ cōmerciis illi illi restituantur, quos Pontificiæ censuræ expulerunt; purgati ab imposito crimimine censeantur; crimen erat hæretica dogmata scripsisse; inanis quidem fuit judicum existimatio, illud perspicere oportebat, quòd interpretationum ope ab illis fabularū tenebris erui posset veritatis splendor: cur ita effutire non audeant? Facessant jam celeberrimæ interdictiones, quibus tot hucusque libri, utpote hæretici, retardabantur, ne in lucē prodirent; desiderata ab authoribus facultatē potiantur, typis mandentur, bibliothecas exornent, omnium versentur manibus, omnium studiis, ac lectionibus usurpentur, id solum à lectoribus cavendum præscribatur, ne sub illo pravo sensu, quem Propositiones offerent passim obviæ, ab ipsarum inventoribus scriptas putent, sed æqui, bonique consulant, sibique habeant persuasum, sanam illam, quam effinxerint, explicationem ab authorum mente non deflectere.

Probabitisne, Parisienses Doctores, dignumque, quod à viris cordatissimis laudetur, istiusmodi consilium existimabitis? illud ego à vobis improbandum non possum non censere; sed nequeo etiam ab illa nota vos eximere, quòd ansam his inanibus judiciis, dum Quesnellum defenditis,

 præbea-

præbeatis. Neque est, quòd damnatarum Thesium patrocinium hujus quæstionis artificio adornetis: cur de Quesnelli Propositionibus adeo graviter sentiendum, cùm eas vir ille scripserit in suis *Observationum Moralium* voluminibus, quæ quantam animis utilitatem pariant, lectio demonstrat non ingrata? itane suspiciosi erimus, ut cùm librũ curiose perlegamus, librum, inquam, opportunis, & salutaribus documentis locupletatum, siqua novitatem afferre videantur, ea deteriorem in partem accipiamus? quidni ex aliarum potius incorruptarum thesium ubertate certissimũ eruemus indicium, nihil nòn sanum in aliqua nova loquendi formula occultari? Non est, cur ita damnatis Thesibus faveatis: proponat, ut asseritis, Quesnelli liber eam documẽtorum seriem, quæ lectorum animos rapiat suavissime; viam sæpenumero aperiat, quam qui institerit, in æternæ salutis negotio periclitari non timeat, refertos ultra modum cælestibus divitiis thesauros pluribus in locis exponat; à germano Sacræ Paginæ sensu aliquoties non aberret; illis etiam sententiis exornetur, in quas nobilissima Ecclesiæ decora, ac præsidia, sanctissimi nempe Doctores peregregie conspirarunt: quid tamen hæc, ut reliqua Quesnelliani libri dogmata nequaquam corrupta, & vitiosa æstimentur? an novũ est, ac incredibile inter flores versari aspides, spinas rosis inhærere, suavissimo cum nectare permisceri venenum, aureove in poculo propinari? prò religiosissimam conscientiam, quæ vel de gravissimis erroribus male suspicari non audeat! prò singularem judicandi industriam, quæ ex alterius doctrinæ integritate corruptam omnem aliam, ut hæresi liberet, metiatur! Hoc favente judicio, inter mendaces libros non eos recenseremus, qui licet fabulas continerent, suis etiam veritatibus ditarentur: tantum abest, ut damnosas Quesnelli Propositiones Christianorum dogmatum Societas tueatur, quin in hoc potissimùm Hæreticorum consuetudo instauretur: solent (ut ex Magno Gregorio didicimus)

Lib. 5. Moral. c. 11

cimus) illi perfidi sectarum molitores veris falsa eo consilio interserere, ut veritatum blanditiis inescati auditores pariter, & lectores nihil in objectis postea falsitatum spectris formidandum credant, aut fugiendum; ita plane callidissimi hostes securiùs insidiari arbitrantur; pacem fingunt, ut occulto bello incautos petant, paulatim superent, tandem capiant; ita sibi triumphum ominantur, dum quasi ad lyræ sonitum (ut Spartani quondam milites) acriùs pugnant, & nervosiùs. Conjicite nunc, conjicite, adversarij, quam defensionem Quesnellianis suppeditet erroribus salutarium dogmatum comitatus.

Fingamus tamen, ne dissonæ aliquot proscribantur theses, sed opportuna interpretatione ab infami labe vindicentur, satis aliquando esse, ut inter Orthodoxas veritates reperiantur: id mehercule effugium ex aliis scriptoribus licet aliquem tutaretur, Quesnello non tamen faveret; nam, ut vel male sonantibus alterius Scriptoris Propositionibus nullum subesse vitium judicaretur, clarissimum afferrent testimonium explorata non semel pietas, modestia, concordiæ amor, religiosissima in Apostolicam Sedem obedientia, illarumque omnium virtutum dignitas, quæ virum ab omni conscientiæ suspicione solutum redderent, ac patefacerent. Qui vero Quesnelli mores, quæ virtutes, quæ sanctitas, ut de ipsius Thesibus nihil sinistrum suspicemur, nedum asseramus? an vos soli ignoratis, Parisienses adversarij, vestræ peregrinantur aures, neque hoc totius Europæ pervagato sermone instruuntur, quibus ille fraudibus, quibus maleficiis, quibus sceleribus incubuerit? vestras ego florentissimas Gallias appello; dicant, quem vivendi tenorem servaverit Quesnellus, cùm in illam Congregationem ab Eminentissimo Berullo institutam se receperit? Quis tum è congregatis sociis non ingemuit, quis non doluit miserandum illud exitium, ac funestissimam calamitatem, quam excitatæ ab hoc novarum rerum molitore discordiæ toti Congregationi mi-

 nitaban-

nitabantur? non obliterarunt tempora insignem hominis contumaciam, qui debitam suis moderatoribus obedientiã superbe admodum protercere ausus est; viget memoria impudentiæ, qua suscepto vitæ laudabilis instituto per maximam inconstantiam renuntiavit. Te, Belgium, testor; vidisti hominem novitatum amatorem, & dissentiones continuo meditantem: vidisti, quàm fraudulenter multorum animos cõmoverit, quot impiissimis documentis corruperit, ut alij ab antiqua in Apostolicam Sedem reverentia abstinerent, mirabilis in retinenda Orthodoxa Fide aliorum constantia titubaret: vidisti sacris initiatum, quin tempus, aut locus cogeret, morem laicum in vestibus æmulari; quasi vellet, hac induta persona, commodiùs tegere fraudes suas: vidisti calamo pugnantẽ pro Ægidij de VVite Propositionibus, quibus, utpote authoritati Pontificiæ refragantibus, Facultas Theologica Lovaniensis nigrum theta meritissimò præfixerat: vidisti maximas, quas indesinenter impendebat, curas, ut irrita caderent, & inania tot illa studia, quot ad comprimendum novæ sectæ contagium Magistratus, Episcopi, Bavariæ Elector, Galliarum, Hispaniarumque Reges, ac Romani Pontifices laudabiliter collocabant.

Usq; adeo effrænata Quesnelli audacia progrediebatur, ut nullis circunscribi limitibus pateretur; illa illa fuit, quæ in regios Hannoniæ Senatores famosum opus ea de causa promulgavit, quod Ianſenianis quibusdam libellis Senatus ille incorruptissimus adversatus sit: illa illa fuit, quæ unam supra triginta Propositiones ab Alexandro VIII. reprobatas sua defensione protegendas suscepit: illa illa fuit, quæ & Romanos Theologos, & integerrimos in Fidei caussis Censores, Eminentissimosque Purpuratos scriptis procacibus vulneravit: illa illa fuit, quæ injuriosum esse, omnique vigore destitutum per egregiam impudentiam asseruit, quod adversus Sebastenum Archiepiscopum, Summo Pontifice cõprobante, Romanus causarum Fidei Senatus juste, ac legiti-

me

me decreverat: illa illa fuit, quæ Apostolicum diploma Clementis XI (quem Antistitem Maximum in terris veneramur, & utinam diutius veneremur) quæ, inquam, diploma illud ad Ecclesiæ alumnos Fæderato in Belgio commorantes probris gravissimis violavit. O si adessent Lovaniensis Academiæ Doctores, Vicarius Apostolicus Sylvæducensis, Mechliniensis Archiepiscopus, quàm justas erumperent in querelas, dum Quesnelli calamo perstrictum suum illud decretum meminissent, quo ingravescenti novitatum pesti occurrere deliberaverant! O quoties ad justissimam iracundiam instigamur, cùm in mentem subeunt illi dialogi non luce digni, sed incendio, quibus in Pontificiam authoritatem *Observationum Moralium* volumina primo proscribentem novus iste mordacis Archiloci imitator audacissime invehitur! hucusque non evanuit aliorum operum, quæ prætereo, injucunda, tristisque recordatio, in quibus illius animi pertinacis, temerarij, seditiosi, & Christianæ Religioni infensissimi non levia, obscurave indicia legebantur.

En Quesnelli mores, en licentiosa scripta; quam ergo existimationem de illius hominis Propositionibus concipiemus, quem cum ipsæmet Propositiones accusent, nulla est vitæ probitas, quæ liberet; in suis imo pessimis moribus, in suis audacissimis scriptis validissimos in se etiam experitur accusatores. Quid igitur est, quod amplius desideretis, adversarij, ut vobis tandem pateat, an æquissima fuerit sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. Constitutio? Credo ego non vos fugere, quibus censuris illustrissimi Episcopi Vapincensis, & Lucionensis, Rupellensis, & Aptensis Quesnellianum librum his perniciosis, quas insectamur, Thesibus affluentem improbaverint. Notissimum vobis est unũ, alterumque Opusculum à Gallico Scriptore concinnatum, in quibus eò collineant rationum momenta, ut Quesnellum è suis *Moralibus Observationibus* seditiosum, hæreticumq́ demonstrari nequis ambigat: quid referam, quàm accurate,

 quàm

quàm ſtudioſe, quàm maturo judicio in Queſnelliana cauſa ſe geſſerint peritiſſimi Cenſores, quid, inquam, id referam, cum nemini exiſtimem non perſpicuum, in ſuaque ipſius Conſtitutione Romanum Oraculum atteſtetur? quid aliud hæc veluti præconia,& ſuffragia, niſi Sanctiſſimæ Conſtitutionis æquitatem præ ſe ferunt, ac commendant? & erit, qui Queſnelli defenſionem haud injuriâ ſuſcipiendam ulteriùs autumet? qui ipſius Propoſitiones non rejiciendas,non deteſtandas, non abolendas, ſed incorruptas, ſed veriſſimas, ſed Chriſtianas eſſe fateatur? erit, qui ſtabilitam, editamque in illa ſplendida mendacia Pontificiam Conſtitutionem non probet, non laudet, eamque non appellet opportunum gladium ad prorſus reſecandum unum ſupra centum capita, quibus in tot Quesnelli Propoſitionibus Hæretica Hydra ſæviebat? non capio, adverſarij, non capio,cujuſnam adhuc rationis pondere moveamini, ut, quam reverentiam, & cultũ Sanctiſſimæ Conſtitutioni impertire deberetis, in Queſnelli patrocinium convertatis.

Ad hanc ego venerationem, ac obedientiam vobis acriter perſuadendam, quæ hujus Oratoriæ propugnationis pars eſt altera, & corona, reliquam jam transfero dicendi vim. Evolvite imprimis vobiscum animo, quid de illis civibus ſentiendum foret, qui,cùm à ſuo ipſorũ Principe ſumma æquitate promulgarentur leges, eas nullo excipiendas plauſu, nulla obſervatione proſequendas præpoſtero ducti judicio proclamarent? illosne cives(ſi fortè cives appellandi eſſent) illos ne cives alicujus laudationis præmio afficiendos diceretur? ah quàm gravi potiùs dedecore notarentur! quæ enim homini turpior ignominia, quàm rationis ductum neglexiſſe? quantùm vero ab illius rectiſſimæ animorum moderatricis imperio declinaret, qui juſtiſſimis legibus adverſaretur, nemo eſt, qui non videat. Cùm igitur in aperto ſit, quanta æquitate ſuam ediderit Conſtitutionem Sanctiſſimus Romanæ Eccleſiæ Princeps, ac Moderator, quid eſt,

est, quòd vos, vos inquã, qui hujusce Christianæ Reipublicæ amantes cives, juratosque defensores fuisse hactenus, ac deinceps futuros pleno ore profitemini, quid est, quòd in expectatissima obedientiæ testimonia non erumpendum esse judicetis? quò abiit honestissimum illud immortalis gloriæ desiderium, ut, cùm à rationis moderamine deflectatis, ignominiosi cujusdam stigmatis amatores vos videam, & candidatos? ah quali in discrimine vestræ sapientiæ famam constituitis! quo enim jure sapientiam appellabimus, quæ, cùm causæ pateat æquitas, eam nullo in pretio habendam doceat? O male collocatos in evolvendis libris assiduos, ac diuturnos labores! o infelicia literarum studia, si æquitati non adhibendum suffragium didicistis!

Non exigui sane momenti est, si viris cæteroquin ornatissimis injuriosa hæc labes inuratur; sed quàm grave, ac ponderosum, si celebratissimo Parisiensis Academiæ nomini turpis pariter ignominia irrogetur! Hæcne est (rei novitate perstrictus nonnemo forsan exclamabit) hæcne est illa florentissima Academia, quæ conditori suo Carolo Magno, suoque reparatori Ludovico Pio & perpetuum fuerat delicium, & præclarum non inanis gloriæ monumentum? hocne est nobilissimum illud Athenæum, quod novis indies splendoribus illustratũ, & clarissimâ Doctorum coronâ insignitum omnium plausus, & admirationem conciliabat? hocne est celeberrimum literarum emporium, cui in acceptis refert universus orbis illos sapientiæ soles, Iulios Cæsares Scaligeros, Petros Lombardos, Albertos Magnos, Scotos, Sanctissimosque Hilarium, Bernardũ, Bonaventuram, & Thomam Aquinatem? hocne est (ut dicatur compendio) hocne est exercendis ingeniis capacissimum theatrum, in quo miraculorum extabant vestigia non pressa leviter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius Academiæ sempiternam? habuit, habuit, quo maxime superbiret Parisiense scientiarum domicilium, sed antiquissimum

 splendo-

splendorem, pompam, maiestatem Recentiores quidam Magistri obscurant, minuunt, proculcant; nam, cùm eò illustriores censeantur Academiæ, quò impensiùs curent de doctrinarum probitate, quid de Parisiensi existimandum, ubi in hoc conveniunt Doctorum placita non colendum, non observandum, quod juste, ac legitime sanctum non recognoscere nefas esset?

Verum si suscepto consilio adeò tenaciter adhæretis, ut ad illud recantandum non moveat certissima honoris jactura, quâ & vos, vestraq; Academia laborabit, ad aliud venio argumentum cordatorum hominum sententiâ maximũ, & gravissimum. Eâ nimirum versamini in causâ, ut, cũ Sanctissimæ Constitutioni debita veneratio denegetur, id perinde sit, atque palam diffiteri supremam plane, errandique periculo immunẽ illá esse authoritatẽ, quá ad dirimendas vel extra Oecumenicum Concilium rei dogmaticæ controversias, hæresesque profligandas in Romano Oraculo veneramur; quis enim vestrùm erga Pontificias Constitutiones se irreligiosum præstaret, si de summâ illarum veritate injuriosum dubium concipere non auderet? Sed qui fieri potest, ut credamus, potentissimum rerum omnium Moderatorem Deum Christianæ suæ Reipublicæ negligenter consulere, ut, cùm Sanctissimum illius Præfectum de Orthodoxæ Fidei, ac morum regulis subditos sibi populos edocentem viderit, peropportunis Divinæ cujusdam Sapientiæ radiis non exornet? itane vigilantissimus Deus suarum Ovium Pastorẽ deseret, ut sibi derelictus, & viarum dubius per invios, periculososque anfractus gregem ducat aliquando? O rem incredibilem! itane suæ Navis Nauclerum destituet, ut, cùm velit cursum feliciter dirigere, ipse tunc erret infelicior Palinurus? o rem absonam, Divinoque regimini sane injuriam! hæc tamen à vobis sentiri videntur, dum iniquam conspirationem tandem aliquando ejurare non contenditis, sed quæ inde derivetur impietatis nota, per otium contemplemini.

 Illum

Illum pariter ad articulum hoc vestrum devolvitur judicium, ut, dum Pontificiæ authoritati adversamini, nullam apud vos fidem habeant plura è receptissimis ab Ecclesiâ testimoniis, necessum sit: quid enim Romanus Pontifex apud Petrum Damianum, nisi *Lingua Cælorum?* quid apud Augustinum, nisi *Fundamentum, supra quod ædificij Ecclesiastici altitudo consurgit?* quid apud Cyrillum Hierosolymitanum, nisi *Præco summus Ecclesiæ?* quid apud Athanasium, nisi *Petrus potestate, Firmamentumque a Deo fixum, & immobile?* quid apud Theodorum Studitam, nisi *Thronus supremus verticalis, in quo Christus Fidei claves posuit?* quid apud Rupertum, nisi *Murus inexpugnabilis adversus hæreses?* quid apud Damascenum, nisi *Doctor supremus orbis terrarum?* quid apud Chrysostomum, nisi *Columen Ecclesiæ, Basis immobilis, Portus Fidei?* e quibus tot venerabilium Patrum sensibus Pontificiam, quam non colitis, authoritatem quis vel mediocriter sapiens non intelligat?

Serm. 26. Serm. 15. de Sanct. Cath. 11. Epist. ad Felicem Pap. Epist. ad Neucrian. Lib. 2. offic. c. 22. Histor. Barlaam. Homil. 3. in Act. Apost. & Homil. de Petro, & Paulo.

Magnum quidem piaculum à literatissimis Ecclesiæ Doctoribus dissentire; non minus tamen criminis genus, quòd, cùm Sacrosancta Concilia pro præsenti clament veritate, vos interim reclametis: clamat enim vero Tridentinum, à quo accepimus Supremæ Sedis authoritate Maximũ in terris Præsulem potiri: clamat Romanum illud sub Sylvestro in Ecclesia regnante celebratum, cùm scriptum reliquerit, à nemine Primam Sedem judicari: clamat Florentinum, cùm definierit, Romanum Pontificem Doctorum omnium esse Doctorem, cui benignissimus humanæ salutis Vindex plenam commisit potestatem, ut Christianam Rempublicam pasceret, & moderaretur: clamat Viennense, cùm docuerit, ad Apostolicam duntaxat considerationem pertinere, ea, quæ Fidei sunt, declarare: clamat Lateranense ultimum, cùm pronuntiaverit, Romani Pontificis ante omnia Concilia authoritatem nedum ex Sacræ Paginæ testimoniis, Sanctorum Patrum suffragiis, Pontificum, ac Sacrorum Canonum decretis,

Sess. 6. c. 1. de Reform. Can. ultimo. Sess. 25. Clement. unica de Trinit. Sess. 2.

 cretis,

cretis, sed propria etiam eorundem Conciliorum confessione patefieri: clamat (A) Sardicense, clamat (B) Nicænum primum, clamat (C) Constantinopolitanum tertium, clamat illud (D) Lateranense sub Iulio Secundo inchoatum, & sub Leone X. conclusum, clamant complura alia, quibus supersedeo, legitime congregata Concilia, dum omnia ijs nos imbuunt documentis, ut in supremo Christianæ Religionis Antistite vivam Fidei, ac morum regulam suspicere debeamus. Quis vero mirari desinat, ac ridere, quòd vos, illi illi homines, qui ad futurum provocastis Concilium, tanquam de illius declarationum veritatibus minimè dubitantes, tot clamantium Synodorum voces iniquo animo excipiatis? Et quid taceam, quàm palmaris injuria illis omnibus inferatur Sanctissimis Pontificibus, qui, Oecumenico Concilio non coacto, in famosos hæresum cultores justissimis definitionibus, ac censuris invecti sunt; si enim Sanctissimus Dominus Noster Clemens XI. in reprobandis Quesnelli Propositionibus vana quadam potestate, vobis judicibus, usus est, cur non idem æque asseratis, cùm errorum damnationes propriæ authoritatis ductu promulgaverint in Nicolaitas Petrus, in Marcionistas Anacletus, in Noleisatas Fabianus, in Donatistas Melchiades, in Monothelitas Theodorus, in Fraticellos Honorius IV., in Lollardos Ioannes XXII., in Pseudo-Apostolos Bonifacius VIII., in Flagellátes Clemens VI., in Iansenistas Innocentius X., in Montanum Victor I., in Claudium Clementem Paschalis I., in Basiliũ Gelasius II., in Ioannem VVicleſũ Gregorius XI., in Petrum Abailardũ, & Arnaldum à Brixia Innocentius II., in Guillelmum à Sancto Amore, & Desiderium Longobardum Alexander IV., in Arianos illos Vrsacium, Valentem, & Auxentium Damasus, in Martinum Lutherum Leo X; & (ne seriem instituam longiorem) in Michaelem Molinos Innocentius XI?

Ad hanc igitur inauditam licentiam devenietis, ut non unius tantum Clementis XI., sed tot Sanctissimorum Pontificum

(A) can. 3; 4. & 5.
(B) cap. 18; & 19. apud Iuliũ Pap. 1. in Epist. ad Episcopos Antiochiæ.
(C) Act. 6.
(D) Sess. 11.

tificum

tificum nomen hactenus gloriosum injuriosis maculis asper-gere contendatis? vobismet ipsis, precor, proponite, qua in natione hujusmodi scelus perpetretis: ea nimirum est, in qua Pontificiæ, quam tuemur, authoritatis acerrimos cultores vidimus semper, & laudavimus: revocate in memoriam geminas illas epistolas ad Innocentium X; quarum alteram quinque supra octoginta Gallicani Episcopi, alteram Eminentissimus Mazarinus, unusque, & triginta infulati etiam Galliæ Præsules subscripserunt: perlegite elegantem illam, nec vobis ignotam Dissertationem à Petro Marca Parisiensi Archiepiscopo idiomate Gallico institutam; in his veluti depictis æternitati tabellis Pontificia in docendo veritas non tàm adumbratur, quàm exprimitur. Vellem ego, postliminiò redire possent illa jam convoluta tempora, quæ celeberrimis Conciliis Pontigonensi, & Cabilonensi, Turonensi secundo, & Aquisgranensi, Rhemensi, & Trosleiano, Melodunensi, ac Frecensi venerationem apud posteros meruerunt; videretis, quantum in illis Sacrosanctis Conventibus ingens Gallicanorum Antistitum numerus hunc vestrũ errorem objurgaret; illum increparunt Senonensis Provinciæ Episcopi, cùm libellum quendam anonymum de Ecclesiastica, & Politica Potestate hanc scilicet ob causam condemnarent, quòd Pontificiam authoritatem parvi pendere videretur. Cùm ergo nihil omnino sit, quod vestrã sententiam non enervet, quid est, cur immoremini, nec luculentis adeò, quæ protulimus, testimonijs desideratissimum calculum adhibeatis? nullum aliud recantatæ sententiæ certius dabitis argumentum, quàm si rectissime sanctam, editãque Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. Constitutionem publicis obedientiæ signis prosequamini: ad hunc unice scopum cùm in præsenti Propugnatione tela dirigerem, unum illud etiam validissimum nondum intorsi, quòd videlicet ea sẽper viguerit in Parisiensi Academia consuetudo, ut qui ad primos gradus promoverentur, laudabilem præmitterent declarati-

Ita habet Tractatus de Potestate Ecclesiastica;

27v

declarationem, se adversus Sedis Apostolicæ decreta nolle quidquam asserere, aut defendere: cur hoc egregium pietatis monumentum antiquabitis? ah vos pudeat, ritum sanctissimũ, vobis authoribus, obliterari; pudeat clarissimos viros à Romanæ Ecclesiæ cõmercio amoveri; hanc siquidem meritissimam pœnam omnibus in Pontificiam Constitutionem adversariis novæ Literæ Apostolicæ, ut apprime scitis, anno proxime elapso inflixerunt. Ad extremũ id vos commonitos vellem, ut cum sapientis sit mutare consilium (prout decantatissimum fert proverbium) nunquam aliàs sapientes, imo & sapientiores haberemini, quàm si denegatam hucusque obedientiam effusissimo animi affectu rectissimæ Constitutioni impenderetis; hoc esset illustrius facinus, hæc victoria præstabilior, quia à vestris judiciis per vosmetipsos reportata; solus enim, qui se ipsum vincit, gloriosiùs vincit, ac triumphat.

quem anno 1604 in lucem edidit Davalius Doctor sorbonicus olim in Parisiensi Academia Theologiæ Professor.

Apostolicarum Literarum initium erat-Pastoralis officij, &c.

His rite, & ex voto peractis, actæ Divino Numini gratiæ, quòd Beatissimum Patrem Clementem XI. in eam impulerit mentem, ut tam salutarem ediderit Constitutionem, & Chorus figurato cantu Hymnum Ambrosianum persequutus est.

Et quia Ego Ioannes Moreyra, creatus Academiæ Eborensis Secretarius, præmissis omnibus, & singulis præsens, ac personaliter interfui, & prout scripta sunt, fieri vidi, & audivi, ac subscriptiones manu propria factas agnovi; ideo hoc præsens publicum Instrumentum dedi, subscripsi, & Academiæ sigillo munivi, requisitus in fidem, ac testimonium veritatis. Datum Eboræ 25 Novembris, anno Incarnationis Dominicæ 1719.

[L. ✠ S.]

Joannes Moreyra